

Xm. 87.

4

ERNESTVS PLATNERVS

VNIVERSITATIS LITTERARVM

LIPSIENSIS

H. T.

PROCANCELLARIVS

PANEGYRIN MEDICAM

D. XXV. MART. CCCCCXCVIII

HABITAM

INDICIT

QVAESTIONES MEDICINAE FORENSIS IV.

MELANCHOLIAE CURATIO NVNQVAM TVTA.

et ad alios quae sunt in animo, et in membris, et in sensib
ilium corporis, et in sensib. aliis, et in sensib. aliis, et in sensib.
angustiis, et in sensib. doloribus, et in sensib. aliis, et in sensib.
lumbis, et in sensib. aliis, et in sensib. aliis, et in sensib.
migratorum, et in sensib. aliis, et in sensib. aliis, et in sensib.
sensib. aliis, et in sensib. aliis, et in sensib. aliis, et in sensib.
sensib. aliis, et in sensib. aliis, et in sensib. aliis, et in sensib.
sensib. aliis, et in sensib. aliis, et in sensib. aliis, et in sensib.
sensib. aliis, et in sensib. aliis, et in sensib. aliis, et in sensib.

Cum omnino de morbis animi admodum incerta praesagia
sunt; cum in primis melancholie curatio, etiam si vis morbi
iam dudum conqueruerit, et per aliquot annos nulla incidenterit
perturbatio manifesta, vix unquam sponderi atque afferi a me-
dico potest sic, ut nullus reciduae infaniae metus relinquatur.
Atque haec praenoscendi difficultas hoc maximum incommodo
habet, quod eiusmodi ille morbus est, per quem non ae-
ger modo, sed omnino res publica in summum discrimen addu-
catur. Igitur qui semel per melancholiem in furorem incidit,
eiusque sine aperto, sine occulto impetu facinus violentum
commisit, eum, quamvis insontem et miserandum, oportet
diligenter custodire, multo magis ab omni rerum grauiorum
procuratione amouere, ne, si quando occultus morbi stimu-
lus subito exardescat, eorum, qui publicae saluti maximis officiis
adstricti sunt, prouidentia et vigilantia desideretur. Est ta-
men haec cautio prouisioque non indiscriminatim apud omnes
melancholicos necessaria. Nam si animi perturbatio ori-
tur

tur a causa manifesta quacunque, v. g. a cohibita haemorrhoidum vel menstruorum profusione, a repressa febre, a vagante per corpus mala materia: post superatam atque extinctam vim et efficientiam causae omnis morbi suspicio iam videtur deleta esse. Tanto magis illa cauendi diligentia opus esse arbitramur apud melancholicos eos, quorum furor, occultis igniculis incensus, nullo neque sanguinis, neque neruorum aestu praesignificabatur. Cuius rei illustre ante aliquot annos exemplum extitit in foemina illa, quae sapientissimo Britanniae regi mortem parabat, tametsi per decem annos insaniae, in quam olim inciderat, vix umbram prodidisset.

Purgator caminorum, vir probus atque honestus, nemini molestus, mitis et humanus, et ob has virtutes propinquus suis bonisque omnibus carus, domum, cuius fere muris omnes eius fortunae terminabantur, incendio fatali amisisit, tum in lite, quam in iudicio agebat, sententia cecidit. Hinc aere alieno ira oneratus et oppressus fuit, vt animus eius vehementer submissus deprehenderetur, tanquam qui grauem aerumnam intra suum pectus concoqueret atque reconderet. Atque moerori usque adeo succubuit, vt ne spem quidem melioris vitae et aeternae salutis villam ad se crederet pertinere. Hunc, et si non multo ante leuamen anxietatis habuerat tum a medicamentis purgantibus, tum a venae sectione, repente inuasit intolerabilis animi afflictio oppressioque, per quam mens eius et ratio de loco et statu dimouebatur sic, vt filiolum suum, puerum quatuor annorum, quem consulto ad se allexisset, malleo acuminato necaret. Vocatus in iudicium se huius facti poenitere nullo modo significauit, quippe qui iam diu in vita reaedia se adductum esse profiteretur. Nec quipiam alieni loquutus est, apte et congrue ad quaestiones omnes respondens.

spondens. Atque etiam posthac in omnibus vel sermonibus, vel actionibus insaniae notis ita caruit, ut, cum in principio detinendus esse putaretur, nunc nihil ab eo medici publici metuendum esse assuerarent. Attamen securitati publicae provisum est per custodem iuratum, qui hominem perpetuo, in primis quando in urbe mercenariam operam facheret, comitaretur. At ex hac prouisione noua illi oborta est materia sollicitudinis et curae, propterea quod hunc suum custodem propriis impensis alere cogebatur; quae res tantam ei molestiam peperit, ut tribus annis post petitionem huius a se disiungendi custodis causa ad principem deferret. Igitur ad Ordinem nostrum haec delata quaestio est :

Ob, nach den aus den Acten sich ergebenden Umständen, mit Gewissheit abzunehmen, dass N. N. Robert in einem solchen Gemüthszustande sich befindet, dass durch Gestaltung seines Gefuchs um Abnahme des ihm zugeordnet gewesenen Wächters, weder für ihn, noch für sonst Jemand Schade zu befürchten sey?

Nunc, quoniam non probabilis quaedam, sed omnino certa praedictio a Nobis exquiriebatur, quanquam optimi hominis petitioni quodammodo fauebamus, eam tamen nostro indicio non potuimus adiuuare. Nam id ferendum et declarandum erat sic, ut una et securitati publicae consuleretur, et Nostrae prospiceretur dignitati.

Obwohl Robert, nach dem Zeugniß des Wächters (Bl. —) und anderer Personen, welche sein Betragen in diesem Zeitraume zu beobachten Gelegenheit hatten, weder in seinen Reden, noch in seinen Handlungen, seit dem unglücklichen Vorgange das geringste Merkmal von Verstandesverirrung, viel weniger von Melancholie, oder Raserey an sich wahrnehmen lassen; im Gegentheil seiner Profession und Wirthschaft gehörig vorstehen können; und, bey vielen in seinem Ehe- und Hausstande zu einem Rückfalle vorhandenen Veranlaßungen, wie aus den Schranken eines gemüttigten Verdrusses und Kummers herausgetreten; ja so gar, daß im J. 17 — — der Tod seines einzigen noch übrigen Kindes, sehr leicht sein Gemüth in die vorige Zerrüttung stürzen könnte, dennoch sich in vernünftiger Gelassenheit und christlicher Ergebung behauptet; (Bl. —) überdäm auch jederzeit den Wunsch vollkommen wiederhergestellt zu werden und den Entschluß selbst dazu beyzutragen auf alle Weise gezeigt und befördert hat; welches in Gemüthskrankheiten für das vornehmste Kennzeichen der Genesung angesehen wird; mehr als alles aber, zwey in den Acten vorhandene medicinische Urtheile darin übereinkommen, daß ein Rückfall bey Roberten nicht zu befürchten steht; (Bl. — —) und endlich auch nicht gelegnet werden kann, daß der von Roberten unter so vielen Nahrungsorgen zu unterhaltende Wächter, unter allen Ursachen, durch deren Wirksamkeit früher oder später ein Rückfall entstehen könnte, selbst die nützeste und natürlichste ist; und also, allen diesen Umständen und Gründen nach, die

Uns

E A

Uns vorgelegte Frage, mit der grössten medicinischen Wahrscheinlichkeit, bejahet werden kann.

Dennoch aber da die Frage nicht auf das, was höchst wahrscheinlich und nur allein für Roberts persönliche Genesung zweckmässig, sondern auf das, was gewiss und dabey in Rücksicht auf die Sicherheit Anderer rathsam ist, hinweiset; nun aber, zumal bey Gemüthskrankheiten, die zuverlässige Sicherheit vor Rückfällen um so weniger verbürgt werden kann, je weniger es in der medicinischen Erfahrung unerhört ist, dass Personen, welche je einmal eine nahmhaft Anwandlung des Wahnsinnes gehabt hatten, wohl zwanzig Jahre nach dem Ausbruche, indem sie längst aus der Aufsicht der Medicin und der Polizey entlassen waren, plötzlich wiederum von einem heftigen und wohl gar gewaltthätigen Paroxysmen ergriffen wurden; und Wir mithin zwar Roberts Befreyung von den ihn schwer drückenden Kosten des Wächters, als das zur Verhütung seiner ehemaligen Krankheit ausdrücklich erforderliche Mittel, nicht aber die Entfernung von der Aufsicht desselben, als eine für die Polizey ganz unbedenkliche Sache erklären könnten: So urtheilen Wir:

Nur mit grösster Wahrscheinlichkeit, aber nicht mit Gewissheit sey, nach den aus den Acten sich ergebenden Umständen abzunehmen, dass Joseph Hermann Robert anjetzt in einer

nem solchen Genüthszustande sey, daß durch Gestaltung seines
Gefuchs um Abnahme des ihm zugeordnet gewesenen Wäch-
ters, weder für ihn, noch für sonst Jemanden Schade zu be-
fürchten sey.

Iam commendandus mihi et in conspectum publicum pro-
ducendus est

CANDIDATVS DOCTISSIMVS

IOANNES FRIDERICVS GVILIELMVS
SEEGERTVS

LANDESBERGA - BRANDEBVRGICVS

qui ingenii et diligentiae spem, in vtroque tentamine, quod
per colloquia cum eo habuimus, ita exaequauit, vt, quae a
Nostro Ordine petiisset, Doctoris iura et ornamenta, ei non
concedenda, sed plane tribuenda esse omnes iudicarent.

Natus est a. cIcIccLXX. patre Ioanne Friderico, in
Borussico exercitu excubiarum Magistro; matre Maria Char-
lotta

Iotta Caueria. Vtriusque parentis mortem immaturam vehe-
menter laget. Pueri educandi in se curam suscepit aunculus
Cauerus, medicus apud Dresdanos felicissimus. Cui cum
omnia se debere ait, tum in primis hoc summum beneficium
in acceptis refert, quod se optimis magistris, in his Iunk-
wirthio, tradiderit; a quibus ad literarum et religionis chri-
stianae elementa institueretur. Atque cum in principio chirur-
giae se vel maxime deuouisset, a. LXXXVI. Rambacheri et
Koehleri, chirurgorum Dresdanorum, disciplinae commissus est,
et uno anno post, nondum deposito tirocinio, a collegio me-
dico chirurgico in numerum discentium receptus. Hic in
anatome et physiologia Haenelium et Ohlium, in materia
medica Titium, in pathologia et therapia vtraque Demianum
sequutus est. In chirurgia magistrum ac ducem habuit Wil-
dium, chirurgum fama et dignitate primarium. De dentium
morbis curandis Andream iuniorem audiuit. Quorum magi-
strorum omnium institutionem gratus laudat et praedicat. De-
inde in legione pedestri S. Electoris chirurgus castrensis fa-
ctus est centuriae Winkeliana. Et per quatuor annos in
hoc munere versatus est; quod in primis a. XCIII. cum illa
legio expeditioni contra Franco-Gallos interesset, maximo ei
et verissimo commodo fuit. Postremo, cum nunc medicinae
addiscendae consilium iniisset, ad nostram academiam accessit
a. XCV. Rectore Beckio. Hic philosophiae causa mili. tanto

B

cum

X

cum studio adsedit, ut nullam illius partem praetermitteret. Tum historicis acroasisibus Wielandi, physicis Hindenburgii, chemicis et pharmaceuticis Eschenbachii, et Daehnii recitationibus super natura et vsu salium medicorum interfuit. Historiam naturalem et mineralogiam a Ludwigio, botanicen ab Hedwigio, anatomen ab Haasio, Seniore Grauiss. accepit. In physiologia me magistro usus est, tum Hebenstreitio, quem etiam in materia medica, in pathologia et therapia vtraque, atque in chirurgia et medicina forensi audiret. Eiusdem quoque exercitationibus differendi interfuit. Nosologiam et pathologiam anatomicam Ludwigio, artem obstetriciam Richtero debet. Omnibus his magistris suis gratum animum spondet; in primis Hebenstreitio, cui quantum debeat, verbis negat se exprimere posse. Anno xvi. post tentamen per colloquia factus est Baccalaureus. Deinde, habitis auditionibus publicis de periculo ex abortu saepe reperto, alterius et senioris tentaminis causa apud Ordinem nostrum comparuit, vnanimi omnium iudicio ornatus. Iam ut Doctoris iura et ornamenta, quae Ordo Noster ei decreuisset, more maiorum consequeretur, Disputationem publicam habuit d. xxiiii. Mart. de Medorrhœa muliebri, Praefide Christiano Gottholdo Eschenbachio, Phil. et Med. Doctore, Chemiae P. P. O. Ordinis Med. Affectore, collega et amico coniunctissimo. Tum ego Cancellarii vice et auctoritate veniam ei sumnum in Ordine Nostro honorem capessendi,

pessendi, secundum instituta Academiae nostrae impetravi.
Quo peracto, non vicarii, sed proprii ac perpetui munera mei
potestate, eadem die, eum Doctorem Medicinae et Chirurgiae
creavi, creatumque tum per has literas, tum per tabulam pu-
blicam declarauit.

P. P. d. XXV. Martii c^{lo} I^o CCXCVIII.

ANTRALVIAE ANGIVENSIS

LIPSIAE

EX OFFICINA KLAUBARTHIA.

26n 598

(1443)

ULB Halle
002 043 564

3





56

6028

hc







4
E R N E S T V S P L A T N E R V S

V N I V E R S I T A T I S L I T T E R A R V M

L I P S I E N S I S

H. T.

P R O C A N C E L L A R I V S

P A N E G Y R I N M E D I C A M

D. ————— X X V. M A R T. ————— M D C C C X C V I I I

H A B I T A M

I N D I C I T

Q V A E S T I O N E S M E D I C I N A E F O R E N S I S IV.

M E L A N C H O L I A E C V R A T I O N V N Q V A M T V T A.